Quelle: https://manuscripta.at/?ID=468
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

locutus sum et contempsistis et fecis-
tis malum in conspectu meo. et que
nolebam elegistis. Gladio estis autem tra-
diti. quia non solum reliquistis me. et
obliti estis mei. et fortune poculum mis-
cuistis. sed cum eciam emmanuel. id est
nobiscum deus. de quo et iohannes scribit
uerbum caro factum est. et habitauit in
nobis. presens uos uocaui dicens. re-
uertimini ad me filii reuertentes.
et uenite ad me omnes qui laboratis
et onerati estis. et respondere noluis-
tis. Locutus sum in parabolis et omnia
feci que facere debui. et non audistis
me. immo contempsistis. Ego enim
sum qui et supra dixi. Veni et non
erat homo. uocaui et non erat qui obe-
diret. Nec uobis hec sufficit impie-
tas. ut me presentem contempnere-
tis. et missum ad uos occideretis he-
redem. sed fecistis malum in conspectu
meo. et que nolebam elegistis. et blas-
phemastis filium dei. ut peteretis
uobis barraban latronem. homicidii
et sedicionis auctorem. et adhuc aude-
tis dicere. quare nos errare fecisti
a uia tua. Si enim qui me nescie-
bant. inuenerunt me. et qui me
non uocabant susceperunt me. quibus uos
digni estis cruciatibus. qui missum ad
uos atque dicentem. non ueni nisi ad o-
ues perditas domus israel. suscipere no-
luistis. sed insuper affixistis cruci. Con-
siderandum quid significet quod ait.
et que nolebam elegistis. aut que sit
uoluntas filii dei [illegible] qui loquitur
in ewangelio [illegible] non omnis qui di-
cit michi domine domine ingreditur in
regnum celorum. sed qui facit uoluntatem
patris mei qui est in celis. de qua et
ipse dicit. deus ut facerem uoluntatem
tuam uolui. Hec est uoluntas de qua et ip-
se dominus loquebatur. Inueni dauid filium ies-
se uirum secundum cor meum. qui faciat
omnes uoluntates meas. Unde et sanctus precatur
et dicit. Doce me ut faciam uoluntatem
tuam. quia deus meus es tu. Omnia enim
licent. sed non omnia expediunt. Et de
uirginibus narrat apostolus se domini preceptum
non habere. uult tamen nos esse sic se ipsum. Ex
quo ostendit. nequaquam indulgentiam ma-
gistri sectandam esse. sed u[illegible]oluntatem.
et ea nos debere eligere que expediunt
non que licent. ut illud est de digamia.
Volo adolescentulas nubere. filios
procreare. matres familias esse. Ponitque
causas. cur ista concedat. Iam enim
quedam abierunt retro post satanan. Ergo
non est uoluntas pura secundi matrimonii.
que fornicationis conparatione uilescit.

Propter hoc hec dicit dominus deus. Ecce ser-
ui mei comedent. et uos esurietis. Ecce
serui mei bibent. et uos sicietis. Ecce ser-
ui mei letabuntur. et uos confundimini.
Ec[illegible]ce serui mei laudabunt
pre exultacione cordis. et uos clamabi-
tis pre dolore cordis. et pre contricione spiritus
ululabitis. Lxx. Propterea hec dicit dominus.
Ecce serui mei comedent. uos autem
esurietis. Ecce serui mei bibent [illegible] uos
autem sitietis. Ecce serui mei gaudebunt.
uos autem confundimini. Ecce serui mei
exultabunt in gaudio. uos autem cla-
mabitis propter dolorem cordis uestri. et propter